



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pvgnā Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. XXI. De S. Oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

saltem initia ad eandem in nobis posuerimus. Et licet multis iam annis in via perfectionis huius nosmet exercuissemus; esset tamen purum putum vitium, si ex deceptione latentis superbiæ, de eadem tanquam de vera virtute gloriaremur.

*De Sancta Oratione.*

**D**ilecte fili, hactenus, iuante Deo audiimus ac didicimus de Diffidentia sui-ipsius, de Confidentia in Deo, & de Exercitatione: quæ media tria, nobis necessaria sunt

H 4 ad

*Orati-  
onis  
prestā  
tia.*

ad consequendam victoriam  
aduersus passiones ac motus  
inordinatos Sensualitatis no-  
stræ. Sequitur nunc quartum  
medium ed necessarium, san-  
cta Oratio: quæ inter cætera  
optimum ac efficacissimū est,  
ad obtinendum à benigna, lac-  
gaque manu Dei quodcunq;  
bonum.

*Orati-  
onis bo-  
na pro-  
prietates.*

Vt autem Oratio tua grata  
& efficax sit: has ferè condi-  
tiones seu proprietates habe-  
bit sibi iunctas. Prima vt in  
corde tuo semper ardeat sin-  
gulare desiderium, Domino  
Deo tuo ita seruiendi vt ipsi  
quàm maximè placuerit. Se-  
cun-

con-

cunda, vt fit in te vera ac con-  
stans Fides, Dominum Deum  
daturum omnia, quæ ad ipsius  
cultum, & tuam salutem tibi  
sint necessaria.

Tertia, vt ad S. Orationē  
non alio proposito accedas,  
quàm vt Dei, non tua volun-  
tas impleatur; idq; tam in pe-  
tendo, quàm in impetrando.  
Videlicet ne te ad orandum  
quidquã aliud moueat, quàm  
quòd Deus velit vt ores: néue  
ob aliam causam cupias exau-  
diri, quàm quòd ita placitum  
sit apud Deum. Breuiter: totū  
tuum propositum erit, vt pe-  
tas voluntatem tuã conforma

H s ri

ri cum voluntate Dei: & nequa  
quã tētes voluntatē Dei flecte  
re secundum voluntatem tuã.

Quarta, vt Oratio tua sem-  
per iuncta sit cum cæteris su-  
pradictis spiritualibus exerci-  
tiji, ita vt nullum sine altero  
suscipias. Tametsi enim diu,  
multumque Deum pro conse-  
quenda aliqua virtute ores, &  
nullam exercitationem pro ea-  
dem comparanda adhibeas;  
nihil aliud agis quàm quòd De-  
um tentas, & nihil impetras.

Postquam autem oraueris  
ad Deum, mox excita in te Spē  
vivam atq; constantem in ip-  
sum, quòd ex ineffabili dilecti-  
one

one sua tibi petitam gratiam seu donum, aut aliud eò præstantius, vel vtrumque simul daturus sit. Et quanquam tam diu fortasse differat dare, vt putes te nihil impetraturum: tamen hanc Spem constanter in te retine: nec vnquam Orationem, aut exercitationem, aut fiduciam tuam propterea intermitte.

Quinetiam si tibi videatur, quòd Deus te ab Oratione repellat: nihilominus te ipsam magis magisque ante conspectum eius humilia: simulque Fidem ac Spem in ipsum in te adauge & conforta. Nam quòd  
fre-

*Perse-*  
*ueran-*  
*tia, or-*  
*anti-*  
*neces-*  
*saria.*

frequentius, etiam invehemēti huiusmodi repulsa, ac manifesta quasi reprobatione orationis tuæ, restiteris, spemque constantem conceperis; hoc quoque gratius obsequium præstabis Deo.

Sed & semper gratias ages Deo, atque non minus sapientem, prudentem, benignum, amantemque tui ipsum iudicabis, quando te ab ipso non exauditum arbitraris, atque cum obtines quod petisti. Itaque semper esto constanti animo ac læto, quodcunque tibi eueniat bonum aut malum: humiliterque te infallibili Sapi-

pi-

pietatis, prudentiæ, prouidentia que diuinæ submitte.



### CAPVT XXII.

*Quid Oratio interior, que & cōtemplatio, sit: & quis eius vsus.*

**O**Ratio interior, seu mentalis, nihil aliud est, quàm eleuatio mentis in Deum, virtualis vel actualis, ad obtinendum quod petitur. Virtualis dicitur quando aliquis mentem suam eleuat in Deum pro impetranda ipsius gratia: suamque ipsi necessitatem, absque vlllo discursu ac consideratione.

*Virtualis oratio que.*

H 7

rati que.